UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Convvlsio Calvmniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis, quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse cauillatur

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Proloqvivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

Visual Library

PROLOQVIVM.

SOLET interdũ fieri lector mi, vt dum vegeto ſemine agrum conſpergim⁹, ni ſimul nociua quæq; radicit⁹ extraham⁹, vrẽda filix ſubnaſcens, ſemẽtis pariat iacturam. Quod dũ hic timem⁹, ne quidã cauilli animũ tuũ torquẽtes, noſtris ijs perſuaſionibus min⁹te credere permittãt, alterã libelli particulã addidim⁹, In qua cũ ſeptẽ quibuſdam Romanenſium cauillis, man⁹ cõſeramus, de eis dignis rationibus (ſi ſors fauerit) prædã ablaturi. Proinde interim Romanũ quempiã, obeſis faucib⁹, ac vẽtre ꝓminulo, imaginẽ ſycophãtã, q ſic more ſuo nobis inſtet.

SECVNDAE PARTIS CONFVTATIO

PReter has duodeuiginti calumnias, quas aduerſarius perſuaſiones vocauit, ſeptẽ inſuper adiecit cauillos, cũ quibus ipſe manus cõſerere dignũ exiſtimauit, ne quiſq; prioribus ſuis perſuaſionibus minorẽ habiturus eſſet fidem. Cæterum an prioribus eius argutijs, iam, quantum opinor, abũde confutatis, quiſq; habiturus ſit fidem, neſcio, ſuſpicor tamen, vbi noſtra perlegerit, neminem vſq; adeo mente captum eſſe, vt non riſu digna putet iſta, quæ ſequũtur. Sed ne nimia prolixitate, quẽq; tædio afficiam, iam aduerſariũ cum ſuis canillis concertantẽ, audiamus.

PRIMVS CAVILLVS

Quod in perſuaſione dictũ eſt quartã, improbi⁹ dictum eſt quam vt credi debeat. Paulus enim dũ binam ſuam verſus Hieroſolymam peregrinationem, in ea quæ ad Galatas eſt epiſtola cõmemorat, in quatuordecim annis poſt cõuerſionem ſuam, vtrãq; fuiſſe factã intellexiſſe volunt, & non in ſeptem & decem annis, vt tua fert opinio, idq; Nicolai Lyrę teſtimonio cõfirmatur. Trienniũ enim